



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Monitoria Directio Pro Ordinandis, Eorundemque  
Examinatoribus, animarum Curatoribus, & Religiosis  
secularium Confessariis**

**Agostini, Giuseppe**

**Coloniae Agrippinae, 1663**

Quando aliò se recipere cogentur, quid praestare debeant, n. 47.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9994**

(a) Concil. Provinc. & Synod. sub Adolpho III. Archiepisc. Coloniens. cap. secundo quia, &c. pag. 523. & §. primum itaque, col. 2. pag. 537.

Ego N. N. juro & promitto obedientiam, reverentiam, & honorem Summo Pontifici Romano, ac Reverendissimo Domino N. Archiepiscopo ac Principi Electori Coloniensi, eorundemque successoribus. Item juro & promitto, quod Ecclesia mea Parochiali N. secundum oneris eidem annexi exigentiam, diligenter deserviam, & in ea personaliter residebo. Prædictæ meæ Ecclesie res, bona, & jura quæcunque inventa fideliter conservabo, nec ea alienabo, male autem alienata, quantum in me erit, diligenter recuperare studebo. Sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

Quando aliò se recipere cogentur,  
quid præstare debeant.

XLVII. Si contingeret (prout nuper

D 3

per



per ex causa retorsionum factum est) Pastores gregem suum cogi deserere, & aliò migrare, id non faciant sine nostro vel nostri in spiritualibus Vicarii consensu, & indicato loco, quo scite recipiunt, & non minorem curam habeant conservandæ supellectilis Ecclesiæ, quàm suæ propriæ.

*Archipresbyterorum seu Decanorum ruralium officium.*

XLVIII. Atque ut prædicta pro voto nostro præstentur, Archipresbyteri seu Decani Rurales solliciti sint de Pastorum suorum subditorum salute ac profectu spirituali, diligenter eorum vitæ, moribus, & doctrinæ intendentes, ideoque præter visitationem ordinariam, datâ occasione, sæpiùs Parochias sibi commissas invisant, & in visitationibus suis præcipuè inquirent, an Pastores apud oves suas perpetuò habitent, piè ac laudabiliter vivant, suo, ut decet,